

Aus Grindelwald heraus

Kf. 59. 2.

72

ADNOTATIONES
IN
SELECTA IOBI LOCA

EXERCITATIO ACADEMICA
QVAM
RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
DOMINO
C A R O L O A V G V S T O
DVCE SAXONIAE IULIACI CLIVIAE MONTIVM
ANGARIAE ET GVESTPHALIAE LANDGRAVIO THV-
RINGIAE REL.

CONSENSV
AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS
PRO FACVLTATE LEGENDI

A. D. XXXI. OCTOBR. A. C. MDCCXCV.

PUBLICE DEFENDET

IOANNES ADOLPHVS IACOBI
PHILOSOPHIAE DOCTOR
RESPONDENTE
MICHAEL. NÁNÁSI
HYNGARO, THEOL. CVLT.

IENAE,
TYPIS GOEPFERDTI.

PATRI DILECTISSIMO
IOANN. ADOLPH. IACOBI

VIRO ANIMI CANDORE VITAEQVE
HUMANITATE CONSPICVO,

PASTORI EBERSTADTIENSIVM ET SON.
NEBORNENSIVM

OPTIME MERITO

HANC

EXERCITATIONEM ACADEMICAM PVBLICVM
PII GRATIQVE ANIMI

DOCUMENTVM ESSE VOLVIT

AVCTOR.

三十六

expidit etiam superlatim et redditum
et ambo etiam minus quam ene
multissimum etiamque per istud invenit, co
secum etiamne videtur, si minus videtur
inclusus postea etiam est enim eis per aliis quo
minus videtur, ut videtur, quod non videtur
rebus enim est quod etiam videtur, tunc
etiamne etiam est quod etiam videtur.

PROOEMIVM.

Inter omnes Veter. Testam. libros dubio pro-
cul ille, qui Iobi nomen in fronte gerit, ex-
splendescit. Reperitur enim in illo non so-
lum argumenti, quod auctor tractandum sibi
proposuit, summa dignitas, verum etiam
mira sententiarum singularum gravitas, di-

ctionis elegantia et magna imaginum poetica-
rum ubertas varietasque. Apparet ubique
consilium bene reputatum, aptus rerum or-
do, laudabilis in depingendis loquentium
animis constantia, praeclera indolis humanae
cognitio neque minus subtilis recti ac pulchri-
fensus. Quae libri virtutes eo magis iustum
movent admirationem, quo certius eundem
antiquissimis temporibus, quibus homines
infimo eruditionis gradu stetisse inter omnes
satis constat, conscriptum esse virorum do-
ctorum opera nunc probatum sit. Ast praeter
pretium, quo liber Iobi, ratione pulchri, quod
vocant aestheticum, habita, gaudet, idem et
propter antiquissima generis humani Philo-
sophemata ibi obvia magni videtur aestiman-
dus. Cuilibet enim a natura fautrice cupidi-
tatem quandam invenimus insitam ea cogno-
scendi,

scendi, quae majores de rebus gravioribus,
de Deo, de forte defunctos manente, de aliis
rebus ultra sensus constitutis, de bono atque
honesto ac ejus cum felicitate conjunctione
cogitaverint et senserint. Pergratum est et
utile prima animi humani sensim sensimque
ex sopore expergefacti inspicere specimina et
videre quomodo parva initia tanta incremen-
ta capere potuerint et ratio, diu veterno pres-
sa, demum vim divinam aliquo modo exse-
rere inceperit. Quae cum ita sint cumque
veri cognoscendi studium nuper quam maxi-
me refuscatum homines impellat, ut non
in eorum investigatione solum acquiescant,
quae ratio longa exercitatione exulta et enu-
trita investiganda suppeditare potuit, sed
adeo diligentius in eorum inquirant natu-
ram, quae antiquitas animo fibi finxit; Io-

bum adire et quibusdam selectis ejus locis,
quantum pro virium tenuitate fieri potuit,
lucis aliquid in plagulis subsequentibus ad-
spergere non prorsus inutile absonumque
duximus.

CAP.

etiam in aliis modis. Iobus proinde deponit
sententiam quod spiduus videretur inmoderatus; modis
sunt: 1. In libro I. 19. — 2. In libro II. 1. — 3. In libro III.
In libro IV. 1. — 4. In libro V. 1. — 5. In libro VI. 1. — 6. In libro
VII. 1. — 7. In libro VIII. 1. — 8. In libro IX. 1. — 9. In libro X. 1.
CAP. IV. IOB.

Argumentum.

In capite antecedenti Iobus summo dolore affe-
ctus quam vehementissime conquestus diemque
natalem diris verbis execratus erat; Iam Eli-
phas loquendo ipsum excipit et quae de amici
conditione sentit ore prodit. Inest verbis ejus
amabilis erga incredibili moerore vexatum mo-
destia, lenitas et studium ea, quae forsitan eius
possent exacerbare animum; bene colorandi.
V. II. sese excusat, quod licentiam ipsum adlo-
quendi sibi sumiserit. V. III. — V. miratur de-
missum amici animum; in primis quod antea re-
bus secundis ad miseriam forti animo perferen-
dam alios adhortatus sit. V. VI. Significat Io-
bum boni ac recti conscientia erectum matu-
rum malorum finem sperare posse. V. VII. — XI.

affirmat virum honesti studiosum semper esse felicem, improbum contra ubique per miserrimum scelerum eventum et supremi Numinis iram interire. V. XII—XXI describit oraculum a spiritu ignoto sibi traditum, quo Deum esse justum ideoque neminem culpa vacantem excruciare et ne ministris quidem ad injuriam evitandam mundi gubernationem committere certior factus fit.

.
Argumento praemisso sequitur versuum singulorum interpretatio.

V. I. אליפא nomen viri Idumaeis, uti videatur, usitatum. conf. Gen. XXXVI. 4 et 10. Haud dubie Eliphas illa aetate sapientiae laude insignis fuit et libri nostri auctor ipsum vel cum Iobo amicitiae vinculo conjunctum, sicut et alios disputationis socios, finxit vel revera invenit. Vocatur הַרְתָּמָנִי videtur enim fuisse urbis incola, quae in Idumaea sita forsan nomen a stirpe ex רֵזֶם Esavi nepote exorta traxerat. confer. Gen. XXXVI. v. 11, 12. Ierem. XLIV. 1 et 20.

V. II. חַנְגָּה interrogat. Conjugendum cum verbo חַנְגָּה rad. נְסָה exploravit, tentavit, ausus est. Comparari forsan posset cum נְשָׁאָה eleva-

elevavit litteris שׁ et ס, הַ' et נִ' inter se permutatis *), quae permutatio saepius locum habere videtur. elevarē verbum id. q. רְבָר simpliciter, dicere.

תְּלַאֲה rad. לְאַהֲ laboravit, defatigatus est, in malam partem accepit.

Ostendit poeta magnum cum indole humana familiaritatem, aegre ferre impatientia victos aliorum confabulationes non nescit, hanc ob causam Eliph. verborum veniam petentem induxit.

V. III. יִסְרָאֵל. h. l. animum addere, consolando erigere, satis commode septuag. interpretes ἀναστήσας. וַיֹּאמֶר רְפֹה manus remissae — animus fractus, poetis enim quaunque aetate a gente animi conditiones rebus physicis describere proprium fuit.

בְּהַלְל וְהַבְּרֹל rad. festinavit. In conj. niph. territus est. Arab. حَلَّ in conj. VIII supplex fuit, in oratione genuit. conf. Psalm. II. 5.

V. VI.

* Sic v. g. pro שְׁעָפִים conf. 1 Reg. XVIII. 21. et Iob. IV. 13. deinde קְרָא pro קְרָה conf. Iob. IV. 14.

V. VI. יְאַחַת nom. timor, addendum est אלְהִים. conf. Gen. XX. 11. Fere ubique in Vet. Test. libris est timor Dei reverentia ac pietas erga illum honestique studium, quod inde proficisci solet. conf. Prov. 1. v. 7. Horat. carm. I. od. XXXV. 37.

וּמְרוֹכֵן praef. misere h. l. sensum dele re videtur, sed in versione omittendum est, quoniam ut Arab. فَ saepius abundat et tantummodo enunciationem indicat consequentem.

V. VII. Virum bonum nullis malis omnino succumbere posse communis est antiquitatis opinio *), cuius origines ab amabili rudiorum hominum simplicitate repetendae videntur. Naturae accommodatissimum est eum quacunque prosperitate condecoratum putare, qui recte taciendo eadem sese dignum reddidit. Accessit insuper ut homines in antiquissimis temporibus dulci vitae futurae spe orbati omne virtutis praemium. tantummodo hoc terrarum in orbe quaererent et perfectioris felicitatis ignari sese ad id, quod praesens fuit, accommodarent. Posteriori vero funesta experientia edocti haud raro fausta

*) Conf. Hor. carm. I. od. XXII.

Integer vitae, scelerisque purus
non eget Mauri jaculis etc.

fausta et bona a se invicem cognoverunt se juncta. Attamen diu opinionem vetustate firmatam ab erroris iniuria vindicare conati sunt. Quia de causa et facile est intellectu, quomodo fieri potuerit, ut inter homines nondum clarioris cognitionis luce collusistratos disputatio de re gravissimi momenti, de felicitatis ad virtutem relatione exoriretur.

V. VIII. **חַרְשֵׁי אָזֶן** dolorem arantes i. e. pa-
rantes. Depromta est ratio loquendi de agri-
cultura; Parat sibi arator agrum colendo mes-
sem, sic improbus, qui aliis infidias struit, sibi
iphi interitum parat. Saepius id, quod mortali-
um actiones sequitur, vocatur messis. conf.
Epist. Paul. ad Gal. VI. 7. 8. 9. Prov. XXII. 8.
Cic. orat. II. 65.

V. IX. **מִנְשָׁמָת אֱלֹהִים יָאָבָד** halitu Dei pere-
unt i. e. halitus Dei jam sufficit ad improbos de-
lendos, eorum fortunae tanta est inconstantia
ut adeo impetu parum vehementi evanescat.

מִרְחָה נָסִי vel irae Spiritus, verba, quae
ex notionibus summa antiquitate in hominum
animis insidentibus manarunt. Solent omnes
gentes parum exultaee Deorum imaginem a le-
met ipsis repetere et adeo animi perturbationes
totius-

totiusque naturae suae imbecillitatem ad illos
transferre non erubescunt *).

V. X. שָׁׁלֵל vulgo vertitur leo, — rectius
vero forsan subintelligitur quaedam luporum
species (*Goldwolf*), quae nomine ex terris orientalibus in linguam germanicam recepto etiam
vocatur Jakal.

נְרַע rad. idem quod נְרַע**) consrigit,
excuslit. Laborat prior versus nostri pars diffi-
cilitate aliqua, deest enim verbum, ad quod
verba שָׁׁגָה אֲרוֹה וּקְוָל שָׁׁלֵל possint referri; Re-
petendum forsan esset ex versu antecedenti, si
significatio כָּרְחֵךְ magis cum sensu, quem
auctor verbis nostris tribuisse videtur, conveni-
ret. Melius igitur forsan loco consulitur si ex
exemplio ***) septuag. interpret. verbum נְרַע
etiam

*) In innumeris fere Vet. Test. locis Deo iracun-
dia tribuitur v. g. Psalm. XVIII. 9. עֶלְה עַשׂ בְּאָפָו
Psalm. II. 9. Sic etiam Graecorum ζεύς saepe
numero ira abripitur confer. Il. ξ. v. 249. ubi
Deus somni de ipso narrat:

Πιπτάσων πατέ δώμα τερές etc.

Il. α. 1. 44., de Apolline χωθόμενος οῆρος.

**) Apud Chald. שָׁׁלֵל terra pro Hebr. שָׁׁלֵל.

***) Στόνος λέοντος, Φωνὴ δὲ λεωνῆς, γαυρίαμψ
δρακόντων ἐσβέσθη.

etiam ad priora retrahatur. **נָתַע שָׁגֵן** rugitum confringere i. q. reprimere. Quod attinet ad nexum inter vers. IX et X poeta haud dubie sententiam solum virum bonum vera frui felicitate, fortunam vero scelesti esse inconstantem exemplo aliquo probare et exornare voluit. Leo, animal rapax, rugitu quidem omnibus istum audientibus terrorem incutit, sed furor ejus et juniorum leonum vis infringitur. Deinde ornatu poetico sensus est: Tyranni, qui violentiae culpam contra alios sibi contrahunt, potentiae jacturam facientes gravissimas illius poenas luunt.

V. XI. **וּבְנֵי לִבְאָה וְהַפְרֹרוֹ** filii leaenae fese invicem relinquant i. e. disperguntur. rad. **פָרָר** separavit. Arab. **فَرْقٌ** solus, singularis fuit. septuag. interpret. ἀλιτρον ἀλλήλας confer. Michael. oriental. Biblioth. Tom. 13. p. 102. sensus: calamitas, in quam parentes improbi incident, interdum et tangit liberos.

V. XII. Ad dictis majorem gravitatis speciem conciliandam Eliph. provocat ad oraculum, quod per somnum ex spiritu adivisit et quo comperisse putat: Deum esse justissimum ac virtutem merito privare non posse praemio. Somnia

nia *) Deum hominibus immittere et eorum opē, quae velit, ipsis declarare veteres habnērunt persuasissimum, quod neutiquam mirum videbitur considerantibus, somniorum origines iis, qui adhuc in summa animi infantia versantur, nullo modo fuisse perspectas; Recurrebant, ut in re qualibet obscura, ad Deos eosque fingeant auctores.

רְבָר נַאֲמֵן וְרְבָר oraculum i. q. aliis locis נַאֲמֵן vel אלְהִים.

גַּנְבָּה rad. גַּנְבָּה furatus est h. l. furtim adtulit, verbum quam diligentissime a poeta electum. Fures strepitum quemcunque evitare student, sic et Decrum nuncii leniori gradu incedunt et submissa voce loquuntur; Praeterea est res nocturna, ubi verbum גַּנְבָּה aptissimum.

שְׁמַחַט fusurus rad. Arab. شَمَّاطٌ celeriter locutus est, fusurravit.

V. XIII. פְּשֻׁעָפִים מהוונות לולה in terroribus visionum nocturnarum. שֻׁעָפָם videntur esse cogitationes conf. 1 Reg. XVIII. 21. Iob. XX. 1. h. l. rad. arab. شَعْفَى corripuit, terruit, mentis non compos fuit, inde substantivum شَعَانْ infania. Est pulcherrima mediae noctis descri-

*) confer. Hom. II. a. v. 63. οὐδὲ γὰρ τούτοις ἐν διός εἶτι. Gen. XX. 6. XXXI. 11.

descriptio, qua homines jam illo tempore mediam noctem tempus esse spectris gratissimum somniaisse non possumus non, quin obseruemus. Cujus fusterstitionis causa forsitan latet, quod spissae mediae noctis tenebrae homines in rerum natura hospites magno horrore perfunderent ac vis imaginandi rationis imperio prorsus immunis species quasdam quasi ob oculos pingeret.

V. XIV. נָרָה id. q. נָרָה occurrit, continet; mortales ex notione vulgari Deorum eorumque legatorum adventu terrore percellen-
tur *) Deus ipse coram se offerens, uti He-
braeis persuasum erat, salva vita conspicere non poterat **). Ministri vero, quibus utitur ad mandata ad homines transferenda, tantummodo
timo-

*) conf. Gen. XV. 12.

**) conf. Exod. XXXIII. 20. XIX. 21. Iud. XIII. 22.

Apud Graecos apparent interdum Dii homini-
bus, sed non sine summo horum terrore. confer.
Il. u. v. 199, ubi oeta de Achille Minervam vi-

dente dicit: Θέμβησεν δ' Αχιλλεὺς etc. Il. u. v. 131:

εἰ δὲ Ἀχιλλεὺς εἰ ταῦτα θεῶν ἐκπεύσεται οὐδῆς.

Δείσετ' ἔπειθ', ὅτε κέν τις ἐναντίθιον θεὸς ἐλθῃ

ἐν πολέμῳ. χαλεποὶ δέ θεοὶ Φάίνεθαι ἐναργεῖς.

confer. Hor. carm. II. od. XIX 1—9.

timorem portenti aliquid indicantem circa se se dispergere solent.

V. XV. רְוֹן h. I. i. q. מַלְאָך confer. 1 Reg. XVIII. 12. Deum circumstant, ex Mythis Hebraeorum, ut principes terrestres, ministri ac servi, ab eo ad agendi cogitandique hominum rationem aliquo modo dirigidam egredientes*). Sunt natura humana praefrantiori ac subtiliori praediti, quod suspicari licet ex nomine רְוֹן (cujus antiquissima significatio ventus vel halitus) illis interdum tributo; neque minus ventum ejusque vim sensu quidem sed minime occasus perceptam hominibus esse naturas quasdam ipsi potentiores visumque fugientes persuasissime verisimile est. Quo semel facto nihil facilius, quam illas Deo tanquam ministros attribuere ac in rebus gravioribus ambiguisque earum admittere interventum.

خَلْفٌ rad. خَلَفَ arab. succedit, apud Hebr. transiit, de tempore et rebus animatis. confer. Dan. IV. 13. Iob. IX. 11. nom. بَشَرٌ non solum caro, verum etiam, ut arab. بَشَّرٌ, externa hominis cutis.

V. XVI.

*^o) conf. 1 Reg. XXII. 21. Gen. XVI. 7. et seq. II. β. 5. et seq.

V. XVI. דְּמַםְתָּה וּקֹל אֲשֶׁר silentium et le-
nem audivi vocem, Deorum enim legati ex gra-
to antiquitatis somnio susurrare solent. Septuag.
interpret. ἀνέστη ventus lenior, quae interpreta-
tio neutiquam contenenda, rad. arab. סָלֵם in
genere denotat lenis, tranquillus fuit, inde sub-
stant. דְּמַמְתָּה quaecunque res lenis, ideoque ven-
tui lenis esse posset.

V. XVII. Sequitur oraculum a versu nostro
usque ad finem. מִאֵלָה יִצְדָּק num ho-
mo Deo junior? i. e. num homo propter imme-
ritam viri boni calamitatem iniustitiae justitiae
Deum accusare potest? Probat Eliph. hocce
oraculo occulta ratione Iobum ipsum esse mi-
seriae suae auctorem eandemque leges divinas
migrando sibi parasse.

V. XVIII. רְחַלָּה error ad rad. arab. حَلَّ er-
rorem commisit, lapsus est. Studet auctor h.
vers. delumbare et refutare, quae forsan Eliph.
Sententiae opponi potuissent, nimirum: Deum
propter magnum imperii ambitum non ubique
ipsum regnare, sed rerum humanarum admini-
strationem ministris committere; hanc ob cau-
sam illum de legatorum integritate et natura
errare nescia dubitare Eliph. affirmantem fecit.

V. XIX. נָמָן communis transeundi particula
h. l. praeterea, alio modo (*confit.*)

בָּרוֹאַד חַמְרָה habitantes in tuguriis ex luto confectis i. e. homines. Nota est libri nostri auctori traditio Semitis familiaris primum hominem a Deo ex luto creatum esse, (conf. Gen. II. 7.) neque minus sensisse videtur, inesse in corpore humano aliquid ab ipso separandum; distinguntur enim שְׁכָנִים habitantes a בָּרוֹאַד חַמְרָה tuguriis, in quibus habitant *). Qualis vero notio fuerit, quam animae subjicit antiquus Philosophus ex communi priscae aetatis ingenio aliqua ratione conjectare possumus **).

בָּרוֹאַד חַמְרָה corpora, omnes fere gentes et antiquae et recentiores corpus animae domicilium adpellare solent et hoc uso loquendi imprimitis delectari videntur. Eodem sensu et in Epist.

*) Simile ratione et Homeri aetate iam discrimen inter animam et corpus constitutum est. Confer. Il. a. v. 3. et 4. ubi τὰς ψυχὰς αὐτοὶ i. c. σώματα opponuntur.

**) Hebraeorum נֶפֶשׁ, Graecorum ψυχὴ ac Latinorum anima in antiquissimis temporibus in eo inter se convenisse videntur, quod significantur: Vita, quae in motu ac sensu consistit, halitus vitae vel vis vitalis. conf. Cic. Quaest. Tuscul. de contemnenda morte IX. 18. 19.

Epist. II. Paul. ad Corinth. V. v. 1. et 4. occurrit σκόνος, et, si non fallimur, in Evang. Ioh. I. 14. ἐστήνωσεν.

ירכאות contunderent, comminuerent illos, quod neque apte refertur ad מלאכים in versu antecedenti, neque satis concinne impersonaliter accipitur. Rectius forsitan littera מִלְפָנֵי (מלפני) punctis passivo propriis signatur יַרְכָּאֹת. Quae emendatio passivo versu XX sequenti (יבחוּ) probatur.

מִלְפָנֵי עַש ex emendatione proposita prae tinea i. e. tinea maturius ac facilius

V. XX. מִבְקָר לְעֶרֶב a tempore matutino usque ad vespertino i. e. uno die.

יַרְכָּאֹת contererentur, puncta a duabus radicibus repetita una eademque significatione gaudentibus a et נִכְחָה percussit, contrivit. Quod si cui minus arrideret, recurrere licet ad rad. arab. קַטֵּן in conj. VIII in caput conjectus est

מִכְלֵי מִשְׁׁמִים nisi Deus prospiceret, Adjungendum est לְבָן verbo מִשְׁׁמִים, quod saepissime omittitur. confer. II Sam. XVIII, 3. et Iud. XIX, 30.

interirent; sed non ex sapienti supremi Numinis decreto. חכמתה h. I. positae divinorum legatorum in hominibus de medio tollendis temeritati oppositum; est igitur sapiens Dei, quod de morte hominis cuiuslibet capere solet, consilium.

Germanica Cap. IV. Iobi Versio.

- v. 2. Ist mir ein Wort zu dir vergönnt?
Wer konnte hier des Redens sich enthalten?
- v. 3. Sieh! so Manche haßt du schon belehrt,
so manche schlaffe Hand gestärkt!
- v. 4. Du richtetest den Strauchelnden durch deinen Zu-
spruch auf,
gebeugten Knieen gabst du Kraft!
- v. 5. Nun kommts an dich, da sinkt dein Muth?
Dich triffts und du verzagst?
- v. 6. Ist deine Gottesfurcht nicht deine Zuversicht?
Läßt dich dein Tugendwandel hoffnungslos?
- v. 7. Bedenke doch, wo kam der Edle um,
wo wurden Redliche ganz ausgetilgt?

v. 8.

- v. 8. Doch wen ich Ung'ück pflügen und Elend führen sah
dem ward die Aerndte auch davon zu Theil.
- v. 9. Durch Gottes Schnauben wurden sie verlängt,
durch seinen Zornhauch hingerafft.
- v. 10. Verstummen muss des Löwen Brüllen und des Jä-
kels Stimme,
das Gebiss des jungen Löwen wird zerfmettert,
- v. 11. Er verschmachtet Beutelos,
der Löwin Brut zerstreuet sich.
- v. 12. Mir stahl sich ein Orakel zu,
den leisen Laut davon vernahm mein Ohr.
- v. 13. In der Nachtgesichter Schreckenstunde,
wo tiefer Schlaf auf Menschen fällt,
- v. 14. Da wandelte mich Furcht und Grauen an,
durchschauert ward mein ganzes Ich.
- v. 15. Ein Geist gieng vor mir hin,
hoch sträubte sich mein Haar!
- v. 16. Er stand, sein Antlitz kannt' ich nicht,
ein Schattenbild war mir vor Augen,
und diese leise Worte tönten mir ins Ohr:
- v. 17. Sollt' auch der Mensch gerechter seyn als Gott?
Er reiner als sein Schöpfer?
- v. 18. Selbst seinen Dienern traut er nicht,
an seinen Boten findet er noch Mangel.
- v. 19. Sonst würden die in Leimenhütten wohnen
und die aus Staub gebildet sind

noch früher als die Motte sterben.

v. 20. Ein Tag — sie würden nicht mehr seyn,

wenn Gott nicht auf sie achtete;
so würden sie ganz ausgetilgt.

v. 21. Um ihre Würde wär's geschehn,

sie stürben hin, nicht nach der Weisheit Schluss.

CÄP.

gabbi e scelte siano le più adatte.

CAP. XXXVIII.

a vers. I. usque ad 10.

Argumentum.

Disceptatione Iobi ejusque amicorum ad finem
perducta ipse Deus exorta appetet tempestate et
quaestionibus ad rerum naturam spectantibus
Iobi propositis temeritatis esse in incognitas
fortunae adversae causas inquirere significat.
V. II. Reprehenduntur Iobi iudicia de consiliis
supremi Numinis in hominibus castigandis im-
prudenter prolata. V. III. Invitat Deus Iobum
ad sapientiae certamen instituendum, deinde a
versu IV usque ad finem illi instat, ut rerum

naturalium causas, nexus et rationem explicit
et sapientiae sibi vindicatae rationem reddat.

Singulorum versuum interpretatio.

V. I. רישׁ ווּחוֹת אֶת־אַיּוֹב Iova respondit Ioba, Iobus vero ex quo Elihu sapientiam ostentare et apophthegmata proferre incepert tacendo, sicut et priores disputationis socii, de arena discesserat *); quomodo igitur auctor וּחוֹת אֶת־אַיּוֹב dicere potuerit, sufficienter enodari nequit. Multo aptius conjungerentur haec verba et quae sequuntur cum capite XXXI, quo Iobus vitae integritatem copiose probat et tacite Deum iniquitatis arguit. Hinc omnino ea, quae Elihu dixit, ab aliena manu adscripta esse sequi videtur, quod tamen solummodo hac de causa, quod verba nostra male antecedentibus respondeant, nisi et alia argumenta in promptu essent, affirmare non auderem. Cum vero nomen Elihu eorum numero, qui Cap. II. v. 11. ut Iobi amici laudantur non adjunctum sit cumque dicendi genus illi proprium ab aliorum oratione longissime abhorreat; su-

*) confer. c. Ioh. XXXII usque ad cap. XXXVIII.

spicionem de ratione adulterina Cap. XXXII.
XXXIII. XXXIV. XXXV. XXXVI. et XXXVII
captam non prorsus removere possumus.

מן הנטה ex tempestate, notionibus veterum de Deorum adventu maxime consentaneum. Ubicunque enim Dii proprius ad mortales accedant, id plerumque absque prodigo aliquo mutata rerum naturalium ratione oblatu fieri non potest *).

על - מנה ארנוח המכונע cuinam rei eius bases impositae sunt? Inde, ut ex pluribus aliis locis **), Hebraeos terram tanquam aedificium fundamento aliquo superstructum sibi fixisse perspicere possumus. Homines, in rebus physicis hospites, fere in nullam aliam incidere potuerunt opinionem, terram enim fiabilem putantes stabilitatis causam experientia dñe a fundamentis jactis repeterent necesse fuit.

ברוד יוחר כוכבי בקר . VII. v. 7. repetendum ex vers. IV. נבפה היהת ubinam frusti, cum luciferi

*) confer. Exod. XIX. v. 16. et 18. Psalm. XVI. v. 8. et seq. II. a. v. 47. II. δ. v. 75.

**) Psalm. LXXV. 4. CIV. 5. Proverb. VIII. 29.

ovarent. Solebant ponendis aedificorum fundamētis orientales solennia adjungere confer. Esr. III 10. 11. Cum vero Deus terram fundaret hominibus nondum creatis nemo praeter ejus filios luciferosque hymnos decantare poterat.

בְּנֵי אֲרָדִים non angeli, sed potius omnes familiae Dei adicti. Deus enim in antiquissimis temporibus, quibus nondum reges fuere, non regia dignitate ornatus patris familias loco habitus est servorum filiorumque ope rebus suis prospicientis, confer. Iob. I. 6.

V. VIII. וַיְסַבֵּר בְּלֹדוֹת יָם operuit valvis mare i. e. circumclusit mare aggere. סַבֵּר יָסַךְ a rad. סַבֵּר operuit, circumclusit arab. עַמְּלָה invaluit et convoluta fuit planta conjug. VIII. Puncta, quibus verbum יָסַךְ instructum est, minus idoneum sensum praebere videntur in primis verborum antecedentium et consequentium ratione habita, rectius forsitan mutatur activ. in pass. וַיְסַבֵּר נִיסְקָה pro et tunc addendum ex vers. 4. אִיפָּה חַיָּה, ubinam fuisti, cum circumcluderetur mare aggere.

בְּלֹדוֹת portis, sed vertere vellem aggere vel littore verbo magis indoli linguae germanicae

cae accommodato et a significatione רַחֲתָה non alieno, ianua enim mari tributa moderationem et circumscriptionem aliquam, quae aggere vel littore efficitur, indicat.

בְּגִוֹהַ מִרְחָם cum erumperet ex utero, poeta igitur opinatus est natum esse Oceanum pueri instar, qua in re Hebraei neutiquam cum Graecis convenient, quippe qui Oceanum omnibus aliis rebus antiquorem et praestantiorem adeoque Deorum patrem fuisse somniant.

Versio versuum explicatorum germanica.

- v. 1. *Jehova antwortete dem Hiob im Gewitter folgendes :*
- v. 2. *Wer war es, der mit Unverstand verdunkelte die Plane Gottes ?*
- v. 3. *Auf rüste dich als Mann,
ich will dich fragen, lehre mich !*
- v. 4. *wo warst du einst, als ich den Grund der Erde legte ?
Sprich, wenn du voll hoher Weisheit bist !*
- v. 5. *Wer hat ihr Längenmaass bestimmt, wenn du es
weißt ?
wer maass sie mit der Messschnur aus ?*

v. 6.

- v. 6. worauf ward wohl ihr Grundstein eingesenkt? ...
... wer legte ihren Eckstein? ...
v. 7. wo warst du als die Morgensterne jauchzten,
... und alle Söhne Gottes jubelten?
v. 8. Als ich das Meer mit einem Damm umschloss,
... da es hervor gieng aus dem Mutterschoos.
v. 9. Als ich ihm Nebel zum Gewand
... und Nachtgewölk zu Windein gab.


Fd 3348



f

56.

Art.



ADNOTATIONES
IN
SELECTA IOBI LOCA

72

EXERCITATIO ACADEMICA

QVAM

RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

D O M I N O

C A R O L O A V G V S T O

D V C E SAXONIAE IVILIACI CLIVIAE MONTIVM
ANGARIAE ET GVESTPHALIAE LANDGRAVIO THV.
RINGIAE REL.

C O N S E N S V

A M P L I S S I M I P H I L O S O P H O R V M O R D I N I S

P R O F A C V L T A T E L E G E N D I

A. D. XXXI. OCTOBR. A. C. MDCCXCV.

P V B L I C E D E F E N D E T

I O A N N E S A D O L P H V S I A C O B I

P H I L O S O P H I A E D O C T O R

R E S P O N D E N T E

M I C H A E L N Á N Á S I

H V N G A R O, T H E O L. C V L T.

I E N A E,

T Y P I S G O E P F E R D T I I.